

CAPUT XXVI.

Ratio Ordinis seu Nexus.

IN proximo capite expositum est, quid à Propheta anno 4. *Jer* *Jakimi* dictum: In hoc capite recitatur, quid sub initium vel primo anno illius cum Propheta factum.

Constat hinc, quòd in systemate concionum Prophetica- rum adornando non observata fuerit accurata temporis ratio: sed per ὕστερον πρότερον, vel ut *Augustinus* loquitur, per *anticipationem*, eaq; priori tempore dicta vel facta posteriore loco: quæ posteriori tempore loco priori aliquoties fuisse collata.

Argumentum Capitis.

Totum istud caput est *διηγητικόν* i. e. continua Narratio de Propheta concione, persecutione, defensione.

Partitio Capitis.

Capitis partes tres sunt. In 1. describitur *Propheta concio* usq; ad vi. 7. In 2. ejusdem *persecutio*, usq; ad vi. 17. In 3. ipsius *defensio* usq; ad finem.

Usus.

Præmonentur hac narratione Ministri Ecclesiæ, quale præmium iis à mundo expectandum. Mature igitur eò suos animos præparent atq; disponant, & sic, quando tale quid ipsis acciderit, exemplo Pr. pheta & aliorum fidelium servorum DEI se erigant & consolentur.

Explicatio 1. partis.

De Concione duo annotantur, 1. est *Tempus*, quod incidit in initium gubernationis Regis *Jerakimi*, de quo supra c. 22. 2. est *Mandatum Jehovæ* de concione habenda, in quo exprimuntur 1. *Locus*, qui fuit *atrium templi*, concionibus sacris iacer alia destina- tum. 2. *Auditores*, ad quos concio instituenda; nimirum ad civitates regni *Juda*, i. e. per Meronym. ad cives vel incolas civitatum eò confluentes ad cultū adorationis. Observetur hîc, *Quis finis Templorum?* Non ibi tractanda mercimonia, sed Spiritus S. oracula; non vendendæ merces, sed fundendæ preces *Luc. 19.*; Unde & antiqui-
tatis

J. G.

J. 29

c.